

102
C
001
065
(102)

0
1
2 DIE I FEBRUARIIL.
3
4
5
6
7
8
9

MISSA DE S. COECILIO EPISCOPO, ET MARTYRE,

PATRONE PRINCIPALI ECCLESIAE, ET DIOECESIS GRANATENSIS.

10
11 IN RITUS

Gaudemus hodie in festum celebrare beati Cœcilii, de eius gaudent Angeli et Filium Dei.

Psalm. 52. Domino, rectos et gloria Patri, etc. eleison. Gloria

12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28

Deus, qui lium Mátyren cem ad agnitio re tribuisti: quem superni scépimus, per tuæ salutis im num nostrum

Lectio Episto ad Thessalon

Fratres: fiducia nostro loqui in multa sollicitudine nostra non de munditia, neq

probatum sumus a Deo, ut crederetur nobis Evangelium. Ita loquimur non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra. Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicuti scitis; neque in occasione avaritiæ. Deus testis est. Neque quærentes ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab aliis, cum possémus vobis óneri esse, ut Christi Apóstoli, sed facti sumus párvuli in medio vestrum, tamquam si nutrix foveat filios suos. Ita desiderantes vos, cupidi volebamus tradere vobis non solum Evangelium Dei, sed etiam ánimas nostras, quoniam charíssimi nobis facti estis. Mémores enim estis, fratres, laboris nostri, et fatigationis, nocte ac die operantes, ne quem vestrum gravarem, prædicávimus in vobis Evangelium Dei. Vos testes estis, et Deus quàm sanctè, et justè, et sine quærela vobis, qui credidistis, fuimus: sicut scitis, quáliter unumquemque vestrum sicut Pater filios suos deprecantes vos, et consolantes, testificati sumus, ut ambularetis dignè Deo, qui vocavit vos in suum regnum, et gloriam.

Graduale.

Psalm. 52. Beata gens, cujus est

102
C
001
065
(102)

DIE 1 FEBRUARII.

MISSA DE S. CÆCILIO EPISCOPO, ET MARTYRE,

PATRONO PRINCIPALI ECCLESIAE, ET DIOECESIS GRANATENSIS.

INTROITUS.

Gaudemus omnes in Dómino diem festum celebrantes sub honore beati Cæcili, de cujus solemnitate gaudent Angeli, et collaudant Filium Dei.

Psalm. 52. Exultate, justi in Dómino, rectos decet collaudatio. Gloria Patri, etc. Gaudeamus etc. Kyrie eleison. Gloria in excelsis Deo etc.

ORATIO.

Deus, qui nos per beatum Cæcili, Mártirem tuum, atque Pontificem ad agnitionem tui nóminis venire tribuisti: concede propitius, ut per quem superni múnere rudimenta suscepimus, per eum subsidia perpetuæ salutis impetremus. Per Dóminum nostrum etc.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apóstoli ad Thessalonicenses. *Ep. 1. c. 2.*

Fratres: fiduciam habuimus in Deo nostro loqui ad vos Evangelium Dei in multa sollicitudine. Exhortatio enim nostra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo, sed sicut

probatum sumus á Deo, ut crederetur nobis Evangelium. Ita loquimur non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra. Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicuti scitis; neque in occasione avaritiæ, Deus testis est. Neque quærentes ab hominibus gloriam, neque á vobis, neque ab aliis, cum possemus vobis óneri esse, ut Christi Apóstoli, sed facti sumus párvuli in medio vestrum, tamquam si nutrix foveat filios suos. Ita desiderantes vos, cupidi volebamus tradere vobis non solum Evangelium Dei, sed etiam ánimas nostras, quoniam charíssimi nobis facti estis. Mémores enim estis, fratres, laboris nostri, et fatigationis, nocte ac die operantes, ne quem vestrum gravarem, prædicávimus in vobis Evangelium Dei. Vos testes estis, et Deus quàm sanctè, et justè, et sine quærela vobis, qui credidistis, fuimus: sicut scitis, quáliter unumquemque vestrum sicut Pater filios suos deprecantes vos, et consolantes, testificati sumus, ut ambularetis dignè Deo, qui vocavit vos in suum regnum, et gloriam.

Graduale.

Psalm. 52. Beata gens, cujus est

Dóminus Deus eorum, pópulus quem elegit in hæreditatem sibi. Verbo Dómini cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum. Alleluya. Alleluya.

Sap. 5. Judicabunt sancti nationes, et dominabuntur pópulis, et regnabit Dóminus illorum in perpetuum. Alleluya.

Post Septuagés. omisso Alleluya et versu sequenti.

Tractus.

Ps. 125. Qui séminant in lácrymis, in exultatione metent.

Euntes ibant, et flebant mittentes sémina sua.

Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

✠ *Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. Ev. c. 12.*

In illo témpore dixit Jesus discipulis suis: Amen, Amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terra, mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat ánimam suam perdet eam, et qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur, et ubi ego sum, illic, et minister meus erit. Si quis mihi ministráverit, honorificabit eum Pater meus. Credo.

OFFERTORIUM.

Mirábilis Deus in Sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem, et fortitúdinem plebi suæ. Benedictus Deus.

SECRETA.

Múnера tibi, Dómine, oblata sanctifica, et qui nobis per ministerium beati Cœcilii mártiris tui, atque Pontificis veritatem Évangelií patefieri voluisti, concede, ut quod ab illius ore didicimus, gratia tua adjuti operari valeamus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat etc.

COMMUNIO.

Ego vos elegi de mundo, ut eatis, et fructum afferatis, et fructus vester maneat,

POSTCOMMUNIO.

Deus, qui frumenta tui eloquii, per beatum Pontificem, et mártirem Cœcilium esuriéntibus pópulis dispertire fecisti: concede fámulis tuis toto mentis affectu servare quod docuit, ut illuc quoque eodem apud te obtinente, mereamur subsequi quo pervenit. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat etc.

